



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Clericvs Romanus Contra Nimium Rigorem Munitus Duplici Libro

Quorum Uno Veteris Ecclesiæ Severitatem, Altero Præsentis Ecclesiæ
Benignitatem

[Veteris Ecclesiæ Severitatem]


Francolini, Baldassare

Monachii, 1707

VD18 14592622-001

Divo Petro Apostolorum Principi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41172



DIVO PETRO
APOSTOLORUM
PRINCIPI.

E. II

2.0



121 2

UDACIÆ meæ veniam,
ut spero, dabis, APO-
STOLORUM PRINCEPS
sanctissime, quòd ad
te accedere non refo-
midem, quòd Pedes
exoscu-

exosculer Tuos, quòd has meas Disputationes dedicem Tibi. Ut enim accedam, Benignitas tua facit : ut Pedes exosculer Tuos, meus in te amor facit; ut has Disputationes dedicem Tibi, plura faciunt. Et primò Religio; siquidem jam dudum me totum Tibi mancipavi. Secundò, necessitas Patrocinii Tui. Tertiò, Argumentum ipsum. Defendunt illæ Veterem Ecclesiam, & ab eâ crudelitatem arcent. Defendunt Ecclesiam præsentem, & ab eâ laxitatem propulsant. Ecclesiam tuam defendunt, Te iuperstitem in utraque defendunt, aut potius defendere gestiunt; non defendent, nisi defendantur. Insurgent in illas hostes multi: accusabunt audaciæ, temeritatis, laxitatis. In casum tamen, si telis opponas Clypeum Patrocinii Tui. Id efficere, penè dixerim, debes, ut Te, Tuâque defendas, & honorem Divinum. An non Divini honoris defensio, sit defensio Sacramenti, defensio Pœnitentiæ, à quâ rigor abster-

ret,

ret, ut fortè absteritus ipse fuiffes, nifi
tecum, quamvis inconstanti, & perjuro,
benignè, & misericorditer egiffet Ma-
gister Tuus Divinus? Ex ejus benigni-
tate factum fuit, ut Gallicinio excita-
reris, ut refipifceres, ut fleres, ut re-
dires, ut recipereris, ut veniâ donare-
ris, ut disceres cum aliis effe benignus.
Fuiffi jam fepties, & feptuagies fepties
ignofcens, primus omnium in Concilio
pro benignitate pugnans, & onere Mo-
faicæ Legis Gentiles Neophytos liberans.
Sis etiam modò de Cælo, favens agen-
ti caufam Pœnitentium, & vindicans à
calumniis vindicem sanctæ benignita-
tis.

E. II
2.0